

43.709

(avt 18)

Jacobus Spinola Iu. V. doctor illustrissimo ac ex
cellentissimo Principi dño suo singularissimo Lu/
douico Marię Bari duci Salutē & cōmendatōem.

Ratulatoriam orationem pridie habitam Prin/
g ceps illustrissime ac domine mi singularissime
(qua & patrię mandata persolui : & excellentię
tuę iucunditatem attuli) radendam impresentia & omni
ex parte dilacerandam uideo. Quippe quę de rebus al/
tissimis pro inclita & excelsa cōmunitate apud summū
totius orbis Pontificem fuerat habenda: per etate immu
turū iuuuenem & orationis expertem prodierit. Veż pre
ce nonnullorum patrum & conciuim neorū uoto co/
actus eam edendam & imprimentam statui. Quare nō
ignorans multorum iudicium esse subiturū: ad illustrissi
mā dominationem tuam confugio : quę & patriam no/
stram diligit: & me sui obseruandissimū seruitorem esse
cognoscit: cui hoc uile munusculum trado: dedico: & in
scribo: sperans te leta & bilari fronte ac humanitate con
sueta suscepturn. Taliterq; suscepturn q; omnes defe
ctus a solius inscriptionis tuę titulo delebuntur. Igitur cle
mentissime Princeps exiguum tui serui munus accipias
nec tam rei tenuitatē conspice q; totius familię meę pa
trisq; ac omnium progenitorum meorum fidem & ob/
seruantiam metiaris. Valeat excellentissima tua domi/
natio: & me sibi continuo cōmendatum habeat.

Exordiū.

Vm sepenumero mecum ipse cogitans animo
repeto hinc foelicis & auspiciatissimi pontifica/
tus tuī gloriam imensam & admirabilem: hinc
summum & incredibile gaudium quod pro tantī numi
nis tuī claritate patria nostra Genuensis uniuersa conce/
pit: non sine dubia protinus & incerta sententia diu uol/
uitans ac anceps existo: qui coram tot semidecorum reue/
rendissimorumq; patrum cętu: de utroq; tibi Pater. B. ac
sanctissime sim uerba facturus: Nam si supremū tuī apī
cem pontificatus intuebimus (quo ceteros uniuersę ter/
re Potentatus exuperas) nedum ipsi Rhetorum Princi/
pes & eloquentię luminaria recensendo deficerent: qui
peractis temporibus orandi copia & grauitate floruerūt
sed nec minimā quidem portiunculā attingerent. Si ma/
xiūa populi Genuensis lexitā ingentelq; de eo acclama/
tiones afferrī uoluero: nullis humani ingenii uiribus: nul/
lo labiorū motu: nullaq; linguarum ui poterit explicari.
Sed q; primū debiti nostri uinculum: & p̄cipuam chri/
sticulaz omniū obligationem intueor: ut quem sibi Ro/
mana basilica summū pastorem assumperit: eum Chri/
sti uicarium salutantes in terris ueneremur. Idq; nedum
pietati & officio congruum: sed etiam iustitię & hone/
stati proximū ueteri consuetudine seruet: statui potius
uniuersę ritum obseruatię pro ingeniali mei uiribus ad/
implere: q; aut glorię altitudinis tuę necessaria nō impen/
dere: aut omnium primatum procerumq; nostroq; uotis
aduersari. Qui profecto non tam rei magnitudine ac
difficultate conterriti (pro qua tuę clementissimę sancti
tatis prudentiam & humanitatem exposcunt) q; feruore
compulsi: tantę gratulationis habende per hos prestant/
issimos Oratores: meq; inter eos minimū & iuniorem
de reuere tuum sanctissimū ac beatissimū numen saluta/
tori: suplicari: flexisq; ad terrā genibus exornari. Cum

Diuīsio.

a.ii.

Narratio.

atq; tam grauissimi muneris causam bumeris meis im/
parē susceperim: offeraturq; mibi tam latissimus dicen/
di campus: ut quocunq; diuertam maiores & huberio/
res progrediendi uias reperiam: tanti primo pōtificatus
tui laudes: deinde tui ipsius: postremo gaudium nostrum
immensum tenui hac sermocinatioē complectar: ea tan/
tūmodo explicando que uel rerum nouitate aduententē
uel breuitate clemētem & beniuolam tuam sanctissimā
dīnationem reddere possint. Proponuntur ergo imprī
mis hę laudes referendę que cum satis abundāter & co/
piose uidebuntur adductę: tamen adhuc & numero ma/
iores & exornatores gloria superunt. Quare uereor ma/
gnopere ne tales cōmeatu perdifficilem prouincia ag/
gressuro mibi eveniat quod diuino Augustino contigisse
traditur. Cui opus altissimum trinitatis p̄emollienti: puer
uisus exigue fouę totam maris aquā admouere: facilis
sibi inquit hoc opus q̄ Augustino futurū quod parabat.
Vez si nō ita pinguem: copiosam & elegantem oratio/
nem habuero uti rei magnitudo & excellentia postulat:
gloriosissima tñ & clementissima tua maiestas (de qua
nuper agendū est) ardenterissime potius uoluntati meę li/
bi gratulandi & inclinatis genibus obsequēdi: q̄ etati ani/
mosę forsan & phathonteo tramite procedenti ratiōem
habeat. Si igitur ad tantę dignitatis magnitudinem pri/
mo loco exornandā ipsius uim nominis considerare li/
ceat: Pōtifex alio nomine Papa nuncupatus: utriusq; uo/
cabuli exitu rei uehementiā ac potestatem indicat. tum
q̄ papa interiectionem pape admirabilem sonet. tum q̄
pontifex. M. Scuola auctore a posse & facere: Isidoro ue/
ro in. vii. Ethimologia: q̄ ad celum pontem faciat inter/
pretetur. Nec inconueniens aut absconum putes quādoq;
ab effectu dignitates aliquas nominari. Impatores enim
ab imperando: Reges a regēdo: Duces quoq; a ducendo

Prima cō/
firmatio.

Diuus Au/
gustinus.

A ui no/
minis.

M.Sce.
Isidorus.

partier
Matth
pi a sul
uocant
anno a
perim
mitus
guitatu
tiosa n
pastor
rit:que
omne
uios &
cem &
& inf
stro:
a dec
nipo
cellē
dign
suin
& eg
par
men
gnis:
succu
impe
leant
nitim
cedor
noner
bi alic
certe e

pariter deueniūt. Sicq; clerici a cleris: quod est sors: cum
Matthie ab apostolis ordinando priori cōtigerit. Episco
pi a subditoz cura. Metropolitani a mensura ciuitatum
uocantur. Si eius originem & antiquitatem querimus:
anno ante Christi aduentū M.d.xcv. institutū fuisse cō/
perimus: & de iussu dñi p Moysen Aaron fratri suo pri/
mitus fuisse collatū. Si dignitatē istā uel oīm potius di/
gnitatum culmen intuebimur: hēc supereminens & glo/
riosa maiestas multipliciter decoratur. Ea enim est que
pastoralem dignitatem toti ac uniuerso gregi xpiano ge/
tit: que omnium ecclesiaz protectionem cōtinet: que per
omnes mundi clericos auferri nō potest. Ea est que de/
uios & errantes ad ueritatem reducit: que subditos ad pa/
cem & cōcordiam dirigit: que pro nobis cogitat uigilat
& insudat. Ea est que sanctissima & beatissima nedū no/
stro: ucz & celesti arbitrio reputatur: que tanta potestate
a deo summo & optimo condonat: que dei uices & om/
nipotentis consistoriū sortita deniq; nuncupatur. Si ex/
cellētiā querimus: quis in toto terrazz orbe uel ordinis
dignitate: uel officii claritate: uel magistratus auctoritate
summo Pontifici uenit adequandus. Exurgat illa potens
& egregia maiestas que cum tuo altissimo numine com/
parati temere audeat. Qua unquā prēteritē tempestatis
memoria euasit: qui aut comitatu potens: aut ducatu īslī
gnis: aut dominio ex̄cessus: tam beatissime sanctitati non
succubuerit. Quid egregios principatus: altissima regna:
imperiaq; totius terrarum orbis ingentia meminerim? Si
leant Assyri Ninum: qui primus omnium intulit bella fi/
nitimis. Cyrus Persę silentio transeant. Conticeant Ma/
cedones Amyntam: Philippū & Alexandrū. Poeni Hā/
nonem: Hastrubalem atq; Hannibalem taceant. Siquidē
bi aliqua regnādi gloria uel imperandi laude mīcuerūt:
certe eoz nemo tam latum: tamq; propagatū imperium

Ab origi/
ne & anti/
quitate.
A digni/
tate.

Ab excel/
lentia.

Ninus.
Cyrus.
Amynta.
Philippus.
Alexáder.
Hanno.
Hasdrū.
Hánibal

A iustitia.

obtinuit: & id quidem uī aut astu occupatū: nō tam ad subditoz utilitatem & honestatem: q̄ ad imperātis nutū & uoluntatē regebat. Tu aut̄ uirtute prēmia: deo aucto/re: omniūq; torius ecclesię militantis Cardinalium uoto: singulorumq; suffragiis (ne ullo quidem dissentiente) ad tantę gloriam sanctitatis admitteris: qui totius dñici gre/ gis pastor unicus eum ad honestatē: ad pacem: & ad glo/ riā eternā dirigas: instruas & p̄moucas. Si iustitiam inspicimus que firmū dicitur & imobile propositū cui/ libet perpetuo sua iura tribuens: quis eam frustratoria du/ bitetur: ni foret q̄ eius administrator in terris diceretur? Quid enim nuda esset uoluntas si ab omnibus esset in/ cognita? Quid cōstantia si iura & coꝝ dispositiōes igno/ rarentur? Quid perpetuum si nullę leges: nulle cōstitutio/ nes: nulla executioni mandarentur edicta? Est igitur Pon/ tifex qui canones edidit: editos auxit: auctos confirma/ uit. Pontifex est qui iura correxit: correcta promulgauit: promulgata seruauit. Pōtifex est qui lege: canone & pro/ pria cōstitutione papali solutus: ea tñ uiuere non dedi/ gnatur: qui canon in terris animatus uocatur: qui deniq; omnium principum: regum & imperatoꝝ iudex: legiti/ mus appellat. Sua enim sententia ceteris omnibus preſe/ renda. Sua in alterius defectu iudicis: uel neminem reco/ gnoscentis imploranda. Sua tantūmodo soli deo corri/ genda. Cum ergo unū Pōtificem iustitię cultorem: legū seruatorem: cundēq; in terris animatū ius esse uideamus quid ei uel honoris addendū: uel glorię cumulandū: uel laudis amplius aggregandū reperiri inueniri uel ex cogi/ tari queat: quo gens hominū uniuersa eum extollere ex/ ornare & magnificare cque possit? Si p̄tatis plenitudinē meminerimus: quid est qđ uis illa mortaliū assēq; posse uideatur: in quo suprema tua p̄tās nō ex:huberet? q̄s erit adeo tpali fortuna p̄reditus: adeoꝝ temerarius: quis tam

A potesta/ tis plenitu/ dine.

uesane mentis & uecordis animi q̄ te p̄imū sacerdotem
ac supremū Pontificem nō agnoscet: qui te dñici gregis
pastorem: totiusq; nauiculę Petri gubernatorem nesciat:
eundemq; sacrolancę uniuersalis ecclesię basem & fun-
damentū: Petriq; successorem: ac optimi dei uicariū nō
bonoret: Nōne (quum cetera desint) hoc salutandi m̄ &
suplicandi munere: beatissimōsq; pedes tuos osculādi nō
modo idipm penitus intelliguntuez & cōi ore fatentur.
Negabit ne ergo quispiā q̄ gladii p̄tatem utriusq; a ue-
ro deo demandata nō obtineas: q̄ plena in spūalibus iu-
risdictionem supraq; oēs ecclesias nō exerceas: q̄ si cōte-
ri sollicitudinis in partem aduocent: tu dominii priorita-
te p̄tatisq; plenitudine non decoreris! Respuet ne etiā per
te uouentiū & peccantiū casus nō absolui! per te degra-
datos ad pristine uite statum nō restitui! per te solū scri-
pta oīa & consilia nō approbari! Eqdem hęc oīa ligdo
uera esse cognoscimus: qbus accedat q̄ tuę propriū etiā
auctoritatis existit templa erigere: clericos ordinare: ep̄os
creare. Tuę proprium auctis est nō solum mitras & an-
nulos: uez & baculos pastorales: ceteraq; ep̄oz insignia
tribuere. Propriūq; tuę erit auctoritatis pallia poscētibus
concedere: cruces ante se portari permettere: oēlq; totius
terraz orbis dignitates instituere. Tibi p̄tētēra uacantis
imperii p̄tinet administratio: tibi C̄esaris electi consecra-
tio: tibi unctione addita coronatio. & si electores negli-
gentia ducti uel discordia impediti C̄esarem nō eligunt
uel indignum ex certa scientia decernunt eo reiecto alte-
rius ad te imperatoris electio deuoluit. Adeoq; suoꝝ de-
fectuum & uitioꝝ ad te magna spectat castigatio ut pro-
pter ipsoꝝ iniqtates solus & sine concilio ab imperii di-
gnitate eos deponere possis. Quid tandem quascūq; digni-
tates de p̄tates unq; Patriarchę oēs habuerint solus hēt P̄o-
tifex: qui solus locū principis aploꝝ obtinet: & in illa se-

Secunda
confirma/
tio.

de quam sibi dñs in beati Petri personā elegit confidet: cuius auctoritas sanctoꝝ omniū p̄fstat auctoritati. Nec ullus quantiscunq; etiam fulgēs miraculis pro sancto debet uenerari qui nō fuerit per suum P̄flicem approbatus antea canonizatus & in Kathalogo sanctoꝝ descriputus. Hęc & alia perinulta nuper adduci possent quę penuria tpm oībus tanq; notissima duxi oīno p̄ftere unda fore & impreſentia reſcanda: ne apud tuam quandoq; Sanctitatem ſim longior habitus q̄ propositi mei ducat intentio. Ad te igit ipm Beatiss. Pater ſum deuenturus qui adeo uirtutū gloria & disciplinaꝝ laude & uitę ſanctimonia decorari: & adeo ſingulaꝝ ac oīm rez ornameſto dotaris: que talem ſummā ac uenerandā dignitatem p̄fbeāt: ut ualde ab oībus ambigendū ſit: tu ne magis pontificati: an illa tibi ſacratiſſima & glorioliſſima papatus dignitas offerenda fuerit. & (ni ciuſ decremeſto dictū putetur q̄ mortali cuiq; аſſumatur comparanda) in hāc auſum p̄fecto ſniam deuenire q̄ tu illi futurus & maiori ornamēto & uſui: nō ſolū exoptādus: & ad hoc promouendus eras: uez & inuitus cogendus. Nā tibi ut iſpi parū adiuimenti parūq; glorie arbitror accreuiſſe (ut curaz pondus & laboꝝ cumulū p̄grandem ſileā) ſigdē ſatis conſtet excelsis dignitatibus & magratiſbus ampliſſimi ſepenumero uirtutē & exceilentiā augeri: famāq; & aučtem in hoīe ſuccreſcere. Tuę tñ uirtutis et glorie iam diu liquidiffimū & manifestiffimū documentū extiuit: uel q̄ adhuc adolescēs inter Reuerēdiſs. & excellentiſſ. cardinales cōſtitutus: uel etiā q̄ nō multo poſt Vicecācelarii locū ſortitus: utroq; declarasti te unū qnq; nō imerito futuꝝ cui totius ecclie gubernaculū demandandū & cōmittendū foret. Quare hiſ tantūmodo dignitatē nouos dignitati cōtigilſe putamus: qui ſedis eminentiā euecti: habituſq; ſoliuſ pulchritudine iduti & uerius lauati, p

grediūt
auctorit
ſunt mo
ſumma
ministr
tus: & e
gnandi
tem Pe
cum de
a Preſu
ni: ſed
magn
Num
Ponti
ſora &
reperi
mirac
tis au
ſeferr
tio tu
cias a
& be
agilit
ria ſu
tua V
cbrit
rum
Nec
nobis
milia
auunc
norib
tui glo

Cato Por.

Numa
Pöpilius.

A bonis
corporis
A bonis
externis
A natione

A patria.

A familia

A bonis
propriis.

grediuntur. Eos uero Magistratū gessisse iudico qui cum auctoritate: prudētia: sapientia & iustitia id ipsum cui pr̄sunt moderantur: qui pro rei dignitate summo studio: summa diligentia a malis optima quęq; secerentes ad ministrant. Tu ergo qui horum omnium scientia predictus: & experientia resertissimus haberis: ipse es q; uere desgnandus & euocandus accurrere debuisti: qui fluctuantem Petri nauiculam gubernares: & totum ouile domini cum destitutum custodires. Cung; Catone Portio semel a Praetura repulso dici consueisset: Non Praeturam Cato ni: sed Catonem Praeturę fuisse negatum: sit impresentia magnopere exultandum: q;ut alias Romano Imperio Numa Pompilius obtigit) ita & tibi Pontificatus: & tu Pontificati datus fueris. Tu inquā datus: qui quāto mala & ampliora per beatissimos predecessores tuos acta reperiuntur: tanto & altiora cogitabis: & longe magis admiranda perficies. Quod etiā tua tantummodo presen- tis auctoritas & herilis ac regia ipsius faciei dignitas pre- seferre videatur: tamen imprimis accedit nobilissima na- tio tua Hispaniensis inter ceteras uniuersę terrę prouincias aeris salubritate temperata: omniumq; rerum copia & bonitate pr̄cipua: uiros progenans qui & corporis agilitate: & ingenii acrimoniam: & omnium uirtutum glo- ria summi clarissimiq; semper extitere. Dehinc eximia tua Valentina ciuitas: que & sui antiquitate: & situs pul- chritudine: & uirorum copia: & omnium mercimonio- rum genere longe reliquas Hiberię ciuitates antecellit. Necnon illustris & excelsa illa Boriarum familia: que te nobis tales peperit: qui uere nationem patriamq; & fa- miliam illustrasti. Et recolendę ac beatissimę memorię auunculi tui Calixti semper emulator preclaris eum faci toribus ac uirtute propria q; primū excedes & nominis tui gloria longe superabis. Adeſt tibi preterea morum

probatissimorū qualitas litteralis discipline scientiarūq;
omnium peritia ac optima uiuendi ratio. Adeſt huma/
nitas illa inclita cū tuę in auctoritatis ratione seruata: opti/
mū & salubre consilium: ipsaq; liquida & aperte ueritas:
nulla pſica: nulla fucatione: nullaq; uerboꝝ captione con/
recta. Adeſt & uite ipsius sanctimonia & pietatis cultus:
ac omnium eorū cognitio: que tam inclite dignitati ex/
pedire aut ului esse possint. Foelix igitur qui tot virtuti/
bus exornatus: tot laudibus cumulatus: in tamen maximis
altissimisq; Magistratus culmine collocatus: post tot an/
toꝝ interiuallū: tot opera sanctissima: de summo & optimo
deo tam bene meritus: diu tibi & proximo: mox ti/
bi & uniuerso generi xpiano profuturus euaseris: & per
rabidos itinerum anfractus: perq; sublimes & periculo/
sos scopulos transmigratus: semitam tandem affectatam
foeliciter occupaueris. Postremo superest (quoniam lon/
giori admodū tuę laudis cōmemoratione aures tuas de
fatigari q; meipsum satiari fortasse cōtigit) ut mentes no/
stras exultantes: & nō paruam animoꝝ nostroꝝ gauden/
tium uim atq; alacritatē adducā. Quā quidem adeo ma/
ximā ingentissimāq; imprimis concepimus: q; cum uni/
uersum Reip. Christianę cōmodum & utilitatem cerni/
mus: eam expectationem prēferre spemq; ac certitudi/
niem prēbere existimaris: quā quispiam illo unq; exacto
tempore uel inspectione spōnderit: uel re ipsa nunq; fe/
llerit: adeoq; tuę splendor claritatis omniū mentibus af/
fūlit: ut aurea illa: que a maioribus nostris tempora Sa/
turni uocabantur: euenisſe pfecto uideamus: qbus aſtreā
iplam in terras e cęlo tuę maiestatis ſretam minime re/
diisse conspiciamus. Pacem Christiano generi ac cōcor/
diam attulisse concernamus: mutua propediem obſeqa:
& humanę ſocietatis officia nō defitura: qbus minime
diffidendum eſſe uaticinor: breui futurum ut pudet ſu

Tertia cō
firmatio.

Abuniuſ
ſo com/
modo.

aurea etas
Saturnus.

A
et
pro

des:
lem:it
unq; a
incu
luceb
adeo
uerita
ueri d
public
mus
tie;ne
mos
Chri
Ron
sim
tem
ge re
res e
culm
tantu
(ne
facil
affic
lixti
qui i
tu C
expa
Deni
diffi
illust
Galea
celler
tius I

et Scientiarum
Adest huma-
ne seruata: opti-
miperie ueritas:
captione con-
uertatis cultus:
dignitati ex-
i tot uirtutis/
am maximis
post tot an-
nino & opti-
mori mox ti-
uferis: & per
de periculo/
in affectatam
(quoniam lon-
gueres tuas de-
ut mentes no-
stro: gauden-
tia deo ma-
is: q cum uni-
litatem certi-
ac certitudi-
o unq exaco-
ipla nungfe-
mentibus ali-
tempora Sa-
qbus alstre-
minime rel-
eri ac cōcer-
tiem oblega:
bus minime
ut puderit

des: mores: sanctitas ac uirtutes omnes ita firmā: ita stabilem: itaq; īmutabilem sedem in terris statuant: ut nullum unq argenteum: egeum: ferreū q; seculū: uel illo deterius incursum sit. Sicq; uniuersalis ecclesię lux splendidissima lucebit nō solum pace: unitate: fideq; ac ueritate. Verum adeo sup eterne uite semita splendescet q; cęci quoq; uia ueritatis aspicient: & Christiani nominis insecurtores ad ueri dei cultum conuertentur. Deinde quum primum publica animorum nostrorum uota metimur: nō possimus nō ingenti letitia exultasse: q; (si nec proprię iactantie: nec aliorum dedecori ascribendum putetur) inter primos extitimus: qui in tota Italia statim post aduentum Christi ecclesiastica sumpliūs sacramenta: qui nunquā Romanę ecclesię aduersati: sēpissime & perpetuo (si au- sim dicere) sibi fauentes: continuo ecclesiasticam libertatem ac dignitatem propugnauimus. Imposterumq; longe recentiores & singulis diebus audentiores ac pluiores extituri. Quare ingenita nobis & huic splēdidissimo culmini fides assueta (nulla tempestate unq defutura) in tantum omnium Regum & nationū animis innouit: q; (ne dīcā negasse) qui eam dissimulasse cogitatet: haud facile posset. Tibi uero ipsi potissime ac libentissime afficimur: q; cum recolendę ac sanctissime memorię Calixti tertii protectoris nostri sang uine fores coniunctus: qui nos apprime diligebat iuuabat & tuebatur. Idē quoq; tu Cardinalis egeris: nec ab incepto destitutus: sed īmo si expediens aut oportunum erit potius forsan aucturus. Deniq; pater obseruandissime si tua ista creatio splendi- dissima tanto animi gaudio: tantaq; letitia mentis affecit illustrissimū ac p̄e clarissimū Principem nostrū Ioannē Galeatum Mariā Mediolani ducē: ac iniuctissimū & excellentissimū dñm dñm Ludouicū Sforciā ducē Bari totius Italie decus & ornamentū: q;to ex uoti sui rōe & ma-

A publica
& assueta
Genuen.
letitia.

A Calixto
tertio Ge-
nuensem
protectore

A gaudio
Medi . &
Bari ducū
Io . Galea.
Ludoui.
Sforciā.

foram uoluptatem & exultationem nobis quoque capien
dam putabis. Nam si eos tantundem diliges quantu ab
ipsis leta & hilari fronte exceptus & auditus fuisti Papa
creatus: non dubitamus eiusdem quoque dilectionis par
tem consequi. Cumque animoque nostrorum fides eis per
petuo dicata sit: & excellentie sue studium erga nos con
tinue magis indefessum uideamus: coru gaudium & se
renitatem nobis propterea cōmūnem fore putamus.

Conclusio
August.
Adurnus

Nunc igitur ut aliquando ea omnia persoluant: que tam
per illustrem dñm Augustinū Adurnū Gubernatorem
nostrum illustrissimi & excellētissimi Principis Medio/
lani ducis locumtenentem dignissimū: quia per magnificū
Senatum Genuensem nobis iniuncta & expresse deman
data fuere. Horū omnium uitę ac nomine tibi reueren
tiam & obedientiam deferimus: que per ceteros Princi
pes Christianos & maiores nostros summis Pōtificibus
offerri ac impendi consueuit: eamque exnunc tibi perpe
tuam tradentes pollicemur quicqd in nobis uirium: for
tunarum: aut opis existat: quod beatissime Sanctitati tuę
usui expediens: aut ulla unque tempestate necessarium esse
posit. **Dixi:**

Habita Anno M.cccc.xcii. pridie Idus Decembris:

Hlm. nr. 956